



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 62. Innocentii XII. Pontificis Constitutiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

mox ergo die vigesima prima Augusti Sæc. XVII.
A. C. 1698.
 Rhemensis Collegii Rector unacum Patre Flavelo Archiepiscopum adiit, eisdemque retractationis monumentum obtulit, quod etiam ad tollendam omnem offensionem Rhemis eodem tempore typis editum est.

§. LXI.

Duo Cardinales ab Innocentio XII. creati.

Purpuratis hoc anno defunctis summus Pontifex duos alios die nona Decembris subrogavit, & quidem primo Jacobum Antonium Mirigiam patria Mediolanensem, tum Archiepiscopum Florentinum, quem jam ante triennium Purpuræ destinaverat, eum vero in *pectore*, ut vocant, servatum nonnisi hoc anno palam fecerat. Alter erat Fabritius Paluzzius, quem pariter anno priori in Cardinalem nominare decreverat, primum autem hujus anni die præfata, ex Polonia, quo eum tanquam Legatum miserat, reducem promulgavit.

§. LXII.

Innocentii XII. Pontificis Constitutiones.

Præter

Sæc. XVII. Præter plurima decreta hoc anno emanata Innocentius XII. Pontifex

A. C. 1698. edicti sui nuper contra spectacula pro-

Bull. magn. mulgati executionem acriter urgebat,

Innoc. XII. insuper Romæ Congregationem Cardi-

Const. Hist. nalium super disciplina Regulari erexit,

Chron. cont. confirmavitque, illam vero super Re-

l. 13. p. 529. gularium statu quoad parvos Conventus

ab Innocentio X. erectam abolevit; falso

igitur ac temere ex Protestantibus Hi-

storius quidam retulit, quod Pontifex

a Regularium reformatione destite-

rit, eoquod hi prius altioris gradus

Ecclesiasticos ad sanctiorem vitam esse

revocandos opposuerint: num forte

Congregatio *super disciplina Regulari* re-

rens erecta nudum nomen ferebat, post-

quam ne aucto Congregationum nu-

mero rectus ordo interturbetur, prior

Congregatio abolita est? an forte pro-

pter confictam hanc Regularium excu-

sationem cessavit vigilantia illius Con-

gregationis, quæ tollendis abusibus

contra Regularem disciplinam invale-

scientibus semper insudat: nempe qui

aliis obloqui assueti sunt, aut crimi-

num umbras exaggerant, aut crimina

fingunt. Præterea Pontifex die deci-

ma Augusti Auditoris, Thesaurarii, Ca-

merarii, pluraque alia officia vendi,

emique prohibuit, sed nonnisi merito-

rum præmia esse voluit: ab eodem Pon-

tifice

tifice indictum fuisse silentium tam Je- Sæc. XVII.
fuitis quam Carmelitis de origine sui A. C. 1698.
Ordinis disceptantibus, jam supra re-
tulimus: Denique prohibuit Pontifex
Capuccinis, ne absque expressa sui Ge-
neralis facultate ad alium Ordinem v.
g. Congregationem de la Trappe trans-
eant.

§. LXIII.

*Variae Sacrarum Congregationum
decisiones.*

Inter plures Sacrarum Congregatio-
num Romanarum decisiones hoc an-
no Sacra Rituum Congregatio die quinta
Julii Capitulo & Canonicis Cathedralis
Collensis respondit, quod Recitatio
Officii B. V. de monte Carmelo non pos-
sit transferri in Dominicam immediate
sequentem post decimam sextam Julii,
nec consuetudo triginta annorum ha-
beat vim ad hoc, ut continuari possit
recitatio Officii de Sancto in Ecclesia,
in quo asservatur ejus Corpus, nisi de
ejus identitate constet, & in Martyro-
logio descriptus sit, nec (excepto tem-
pore Paschali & diebus infra Octavam
Corporis Christi) in expositione vel de-
positione SS. Sacramenti versiculo: *Pa-
nem de caelo &c.* addatur: *Alleluja.* Sa-
cra vero Concilii Congregatio die tertia
Au-

*Const. Congr.
Rit. Episc.
Inm. &c.*